



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

I. Markgraf Albrecht erneuet dem Prediger-Kloster zu Straußberg die schon von seinem Vater und Bruder gemachte Schenkung mit seinem Hofe daselbst, am 23. April 1299.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

XXXV.

Stadt Straußberg.

- I. Markgraf Albrecht erneuet dem Prediger-Kloster zu Straußberg die schon von seinem Vater und Bruder gemachte Schenkung mit seinem Hofe daselbst, am 23. April 1299.

Nos Albertus, dei gracia Marchio Brandenburgensis, recognoscimus publice per presentes, quod curiam nostram in Struzberg apud fratres predicatores versus meridiem sitam, eisdem fratribus siue ordini pure dedimus propter deum, Ita videlicet, quod post mortem nostram et vxoris nostre dilectissime, ipsa curia cum edificiis attinentibus ad dictorum fratrum collegium libere pertinebit, ea gratia et libertate, quod nec ipsi fratres nec quibus ipsam curiam vendiderint, Burgenfisibus ciuitatis eiusdem in aliqua iustitia tenebuntur. Protestamur etiam presentibus, quod et pater noster et frater felix recordationis eandem curiam eisdem fratribus ante nos dederant multis annis. Datum ibidem anno M^o. CC^o. nonagesimo nono, in die Georgii Martyris.

Nach Engels Chronica der Mark Brandenburg S. 119. 120.

- II. Verordnung des Rathes zu Straußberg für die dortigen Fleischer, vom 20. Dezember 1309.

Uniuersis presens scriptum visuris Consules in struceberch multum seruitii plus honoris. — recognoscimus et protestamur, quod nos macella nostra in struceberch, olim nostris sumptibus edificata nostris carnificibus damus, relinquimus tali sub condicione et pacto, ut singulis annis ad duo termina dabuntur duodecim solidi, scilicet in festo pasche sex et in festo beati Johannis baptiste sex, hereditario iure ac empcionis tytulo videlicet, ut in ipsos filios aut filias aut vxores hec empcio transeat. Siquidem ex ipsis carnificibus aliquis uniuerse carnis viam fuerit ingressus, uxor aut filii infra tres menses deliberabunt, aut quod vendant, aut alium instituant, ne censu nostro defraudemur; quodsi forsan negligenter egerint, ut infra tres menses non vendiderint, nostri consules ipsa macella vendant, ipsis relictis aut heredibus precium ministrabunt. Item si quispiam carnificum suum macellum vendiderit, resignet solum coram nostris consulibus et emptori presentemus. Volumus